



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv
Redivivae**

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

Die I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

Die I.

IN *Sacrario* NEOBURGENSI, *elevatio Reliquiarum SS. Martyrum* ABUNDANTII, INNOCENTII, GENASII & FELICIS *Pape*; quorum posterior Apostolico zelo æstuans, disciplinam Ecclesiasticam acerrimè propugnavit, Hæreticorum audaciam fregit, Achatium Hæresiarcham à Catholicorum Communione Sedèque Constantinopolitanâ semouit, multisque curis & laboribus pro Ecclesia defunctus, sanctissimam Vitam pari Morte conclusit. In tumulo eius cæci oculos, claudi pedes, miseri passim omnes salutem repererunt. *Ex sacrarij indice, & Martyr. P. Causis.*

II.

Hodie in terris esse desijt WALERANDVS GERHARDI *Comitis Iuliacensis* heres, ex Præposito *Leodiensi, Archiepiscopus Coloniensis* anno à partu Virginis 1334. Eximiâ fuit in cælites religione, & ob raras animi dotes inter æui sui Præsules clarissimus; quem multis, in primis Euangelij disseminandi donis cælum illustrem reddidit, *Ecclesie sue decus, gentis IULIÆ deli-*

um ac